Quelle: http://manuscripta.at/?ID=537
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tuli c 46 plerumque culpa dum abscondere quia dum mens erubescit videri quod fuit esse non metuit erubescit quidem esse quod fugit videri

Proverbia vulgaria Cono cha rogna no lasa pizigogna

De timore Rubrica 10

Iob historia c 2 dicit Iob Timor quem timebam evenit michi et quod verebar accidit

Salomon in proverbiis c 14 Sapiens timet et declinat a malo Stultus transilit et confidit 24 c Time dominum et regem 28 c Beatus homo qui semper est pavidus qui vero mentis est dure corruet in malum

Idem in ecclesiastico c 8 quia non profertur cito contra malos sententia absque ullo timore filii hominum perpetrant mala

Socrates in exhortationibus c 2 ad finem Decet quidem formidatum esse malis vite consortium virtuosos vero ignominiam vite

Aristotiles rethoricorum li 2 c 4 Impossibile est simul timere et amare c 6 nullus quem timet amat 1 c Timor est tristicia quedam vel turbatio ex fantasia futuri mali aut corruptivi vel contristativi omnia timenda terribilia si que cum fiunt si appropinquaverint corrigi non contingit Timor est tristicia cum expectatione patiendi corruptivam passionem aliquam timor quidem consiliativos facit 16 c nullus iratus timet Senes formidolosi sunt et omnia pretimentes contrarie enim dispositi sunt iuvenibus infrigidati enim sunt hii autem calidi quare viam paravit senectus formidini et enim infrigidatio quedam est

Idem ethicorum li 2 c 2 Qui omnia timet et fugit et nichil sustinet timidus efficitur li 3 c 9 late timidi 3 10 c 2 si Mortem timentes palescunt

Idem magnorum moralium li 1 c 9 Inspirati timores auget fortitudinem

Idem yconomicorum li 3 2 si duo est species timoris alia quidem cum verecundia et pudore facta qua utitur pudica filii ad patres et cives compositi ad presides bonos alia vero species cum inimicitia et odio sicut servi ad dominos et cives adversantes in iniuriosos et iniquos

Ihesus filius Syrach in ecclesiastico c 18 Homo sapiens in omnibus metuit

Vergilius eneydos li 4 circa principium Degeneres animos timor arguit

Tullius tusculanarum questionum li 2 Quod animal non potest metuit id vivere animo quieto nullo modo potest

Idem in oratione pro Marcho Marcello Cum in altero peccandum sit malum videri magis timendum quam contemptu ...

Ovidius epistolarum 13 c ...